

**Symbolae  
criticae et exegeticae**

in

**Aeschyli Agamemnona.**

**Particula prior.**

Scripsit

**Henricus Storch.**

Symbolae

criticae et exegeticae

Josephii Agassizii

Caroli

1841

Henrici Storchii

V. 55. 54. *δεμνιοτήρη πόνον ὄρταλίχων.* Hesychius ad h. v. haec habet: *καθόσον οἱ νεοσσοὶ ἔτι τοιοῦτοὶ εἶσιν, ὡς τὰ δέμνια τηρεῖν καὶ κατέχειν, μηδέπω πετέσθαι δυνάμενοι. πόνον δὲ τὰ περὶ τὴν τροφήν αὐτῶν. πόνον igitur vult esse vulturum curam pullorum fovendorum. Atqui nisi forte ipsum eum secum pugnare vis, etiam *δεμνιοτήρη* ad vultures retulit, ut *δεμν. πον. ὄρτ.* sit cura pullorum quae cubili affigit. Ita concinit locus cum v. 1412 hujus fabulae, ubi parca, quae ut cubile premamus cogit *μοῖρα* dicitur *δεμνιοτήρης*. Haecenus igitur falli videtur Klausenius qui quod videam *δεμν.* ad pullos spectare exsistimet. Quod vero *πόνος* vocabulum disputat significare rem ipsam laboribus partum, summus consensus est. Addi poterant Pindari *μελισσῶν πόνος*, Nonni *μελίσσης ὠδὶς*. Nostro loco res in qua labor consumitur adjecta est, *ὄρτάλιχοι*, ut Aesch. fragm. 3 19 *ὑψηλὸν ἠβήσασα (φλόξ) τεκτόνων πόνον.* —*

V. 57. *γόνον ὄξυβόαν τῶνδε μετοίκων.* Genitivus *τῶνδε μετ.* cum superioribus *οἰονόθροον γόνον ὄξυβόαν* an cum sequentibus *Ἐρινὴν* jungendus sit ambigitur. Hermannus suo jure ad superiora referri vetuit quod non *τῶνδε μετ.* sed *τῶν μετ.* aut *μετ.* ponendum fuisset. Sed quod vulgata desperata *τῶν δὲ μετ.* scribi et ad Helenam referri jubet, *παραβᾶσιν* ad Trojanos raptores non uno nomine rejiciendum est. Primum displicet numerus pluralis *μετ.* de Helena, tum *ἄτων* participium verbi finiti vice fungitur, deinde quae a versu 60 sequuntur *οὔτω δ' Ἀτρέως* etc. poetam res Atridarum et vulturiorum separatim tractasse demonstrant, ut Helenae commemoratio inter vulturios media et Atridas Arem spirantes nescio quid habeat absoni et insulsi. Denique sententia vix ferenda: „vultures exaudit deus aliquis, Helenae vero mittit vindicem Erinyn“, quasi haec essent diversa. Medela non est in hemistichio *μέγα θυμοῦται*, quod excidisse Herm. suspicatur. —

Klausenii, Schoemanni aliorum de avibus deorum inquilinis interpretatio speciosa quidem est sed dubito an *τῶνδε* pronomen non minus displiceat. Quid vero, pronomen illud nonne fieri potest ut pendeat a *μετοίκων* ita nihil ut habeat offensionis? *τῶνδε μέτοικοι*, si scholiastae ad Soph. Oed. Col. 934 auctoritatem sequimur — *μετοίκους δὲ καλοῦμεν τοὺς ἀπὸ ἑτέρας χώρας οἰκοῦντας πρὸς μετοικισθέντας ποθέν. τοῦτο δὲ ἐνοίκον. κέχρηται δὲ καὶ Αἰσχύλος ἐπὶ τῶν οἰωνῶν ἐν Ἄγαμ. λέγων οὔτω, τῶνδε μετοίκων, ἀντὶ τοῦ ἐνοίκων μετοίκους γὰρ εἶπε τῶν ὑψηλῶν τόπων τοὺς οἰωνοὺς κάκεισε ἀντὶ τῶν ἐνοίκων* — pulli dicuntur vulturum (*τῶνδε*) inquilini, si scholiastae Aeschyli — *μέτοικοι μετοικισθέντες νεοσσοὶ* — significantur pulli parentibus abrepti. Similis vox cum genitivo construitur in epigrammate Agathiae (Jacobs del. epigr. gr. 10, 50) *σκοπέλων μετανάστρια πέριξ* perdix ex saltibus in hominum domos abducta.

Sententia igitur haec est: „deus vero aliquis vultures acute clamantes audiens Erinyn poenas sero exigentem ob pullos iis abreptos mittit raptoribus.“

**V. 60.** ὁ κρείσσων ξένιος Ζεὺς praepotens hospitalis Jupiter. Non recte contendit Blomfield. ad Aesch. Prom. 905 κρείσσονας appellari deos. Quos landat locos aliam admittunt interpretationem. Eurip. Iph. Anl. 599 θεοὶ τοὶ κρείσσονες dii praestare hominibus dicuntur, Aesch. Prom. 905 chorus Oceanitidum deos intelligit majorum gentium potiores inferioris ordinis diis. κρείσσων Ζεὺς idem qui apud Hom. Ζεὺς μέγας, μέγιστος, non „superus.“ —

**V. 63.** Notissima πολλός adjectivum cum alio καί vel τέ particulis conjungi solere. Sed exceptis formulis quibusdam πολλὰ καὶ ἐσθλά, πολλὰ κάγαθά aliis usus Graecorum cum nostra lingua prorsus concordat. Et ne in illis quidem formulis Graeci sibi constiterunt, Aesch. Ag. 341 πολλῶν γὰρ ἐσθλῶν. 837 πολλὰς κλίονσαν κληθόντας παλιγγότους. Necessario ponitur, ubi πολλός secundum, obtinet locum. Hom. Od. β' 188 παλαιὰ τε πολλά. η' 157. Il. β' 213 ἄκοσμά τε πολλά.

**V. 67.** Ex quo Hermannus, el. d. m. p. 379 anapaestos ita describi

κάμακος, θήσων Δαναοῖσιν  
Τρωσὶ θ' ὁμοίως. ἔστι δ' ὅπη νῦν

magnopere probavit, recentiores fere omnes, Bothio quantum scio et Engero exceptis, hanc descriptionem amplexi sunt. Ita fit ut sententiae pars in novum systema anapaesticum transmittatur, quod vereor ut careat vituperatione. Aliud ejusmodi trajectionis exemplum Aesch. Suppl. 6 ab Herm. l. l. propositum ipse in editione sua reconcinnavit. In tragicis praeter hoc dubium unum tantum novi Eurip. Hec. 69 sq.

τί ποῦ αἶρομαι ἔννηχος οὔτω  
δείμασι, φάσμασιν;

Accedit, quod hac in descriptione monometer deest anapaesticus, qui in reliquis novem systematis omnibus invenitur.

**V. 69** syg.

ἔστι δ' ὅπη νῦν ἔστι τελεῖται δ'  
ἐς τὸ πεπρωμένον' οὐδ' ἑποκαίων  
οὐθ' ἑπολείβων αὐτε δακρύων  
ἀπύρων ἱερῶν  
ὄργας ἀτενεῖς παραδέλξει.

Hermannus alii ἄπυρα ἱερὰ metaphorice dicta esse volunt de Iphigenia impie immolata. Recte, arbitror. Ex sequentibus quoque atrocissimum Iphigeniae sacrificium esse apparet quod summo senum animos angore constringat. Attamen ut non dubito quin recta haec sit horum verborum explicatio, ita a sententiarum nexu aliena videri possint. Nullus adhuc de Atridarum culpa sermo, omnis de Paride Jovis hospitalis violatore. Decimus quidem jam annus est ex quo Atridae aerumnosos pugnarum labores tolerant, necdum res ad exitum ducta; sed fatale est Trojam expugnari, nam sunt dii qui laesae suae auctoritatis Danaos miserint vindices, quorum iram nisi interitu Trojani demulcere non possunt. Apparet quam aliena sit ab hoc orationis tractu senum tam repente ad Agamemnonis culpam deflexa cogitatio. Magis etiam aliena videbitur sequentia consideranti. Fieri enim non potest, ut senes qui modo Agamemnonem facinoris in expeditione commisi poenam daturum esse verbis quidem subobscuris pro certissimo tamen pronuntiarunt, ita dicere pergant: „nos vero vehementer lugemus quod ob aetatem senilem ab hujus expeditionis societate relictis sumus.“ Haud igitur veri absimile est, versus aliquot post v. 71 excidisse.

**V. 72.** ἀτίται Med. ἀπταῖ Gu. ἀπταῖ Farn. ἀτίται Flor. Ald. Turn. ἀτίτα Marc. Rob. Vict. ἀτίτης num passive possit usurpari dubitatur. Hesychius multa confundit, ἀτίτην ἀτιμώρητον, ἄπορον, ἄτιμον, τὸν μὴ ἔχοντα ἀποτίσαι. Ahrensius Studien zum Ag. des Aeschyl im Philolog. Suppl. I. p. 249 τὸ ὁ μὴ ἔχειν ἀποτίσαι arripiens explicat ἀτίτην „inutilem.

ad militiam“, at *αίτης* hic non de eo dicatur qui est *ἀδύνατος χρήμασι*, ved de eo qui est *ἀδεν. σώματι*, quod dubito au nemini probetur. Quoniam vero *αίται* passiva significatione et optime quadrat in sententiam et non omni caret analogia, cur in textum recipere non ausim non assequor. Etenim Lobeck. ad Soph. Aj. 241 nonnulla attulit quae signif. passiv. ης terminationi vindicant, inter quae notissimum *ἀφέται*, cui addi poterant, *ἐφέται*, qui proprie sunt *ἐφετοί*. Praeterea *αίτας* obviam est Aesch Eum. 254

ὄρα, ὄρα μάλ' αὖ, λεῖσσέ τε πάντα, μὴ  
λάθῃ γνῶδα βᾶς ματροφόνοσ ἀίτας,

sed aliam admittit hic locus explicationem, ut *αίτας* accusativus sit relatus ad Erinyas. Quodsi statuitur, defendi potest *αίτα* dativus ab Herm. probatus, quamquam *αίτος* adjectivum Aeschlylo obtrudere dubito, pro quo *αίτεος* Ag. 1390, Eum. 376. 860 nulla lectionis discrepantia; Suppl. 820 in cod. Paris. pro *αίτε'* legitur *αίτιαν*. —

V. 76. Codd. et libr. auctoribus ita est scribendum: *ὅτε γὰρ — ἀνάσσων — τοῦ ὑπεργήρωσ — ἀλαίνα*. Et ita Klausen. priore editione scripsit „quando enim medulla pectoris e juvenili senilis facta est, tum senex decrepitis tripes, somnii instar ingreditur.“ Vulgata et nullo modo teneri et quae fuerit genuina scriptura facile ex codd. enucleari potest; *ὅ τε* correxerunt Auratus et Stanlejus, *τὸ θ'* Stanlejus, pro quo *τοθ'*, quoniam *ὅτε* in codd. scriptum fuit, necessario prope irrepsit, quamvis vel putidissima inde sententia sit exorta: *ἀνάσσων* emendavit Herm. Comparantur infans et senex, tertium quod dicunt comparationis est medulla seu vigor. Infans, medulla exultante modo et progenninante similis est extremo senio, medulla arescente. *ὑπεργήρωσ* exstat in cod. Farn., *ὑπεργήρωσ* in ceteris. Illud praestat quod *τὸ σχῆμα πρὸς τὸ σημαίνόμενον* usitatissimum huic loco etiam aptissimum est; sequentis vocabuli *ἀρείων* respectu mutatum videtur. Tamen miror, quod nemini, ne Klausenio quidem, qui alias mss. vestigia auxie legit, in mentem venit scribere *τὴ θ' ὑπεργήρωσ* (nam *τὴ θ' ὑπεργήρωσ* Med. Guelph. Ald.) *φυλλάδος ἤδη κατακαρφομένησ*; ad quae respondetur sequentibus.

V. 78. *Ἄρησ δ' οὐκ ἐν χώρᾳ*. Longum est qui hunc locum manu emendatrice attigerunt omnes recensere. Omnium minime placet id quod Enger. conjectura in textum recepit *οὐκ ἐνι χώρᾳ* non est in numero aliquo. Verbum deesse non quidem urgeam, sed necessaria *ἐν* praepositio est. Scripsit forsitan poeta *Ἄρησ δ' οὐκ ἐγχορεῖ* non capax est Martii vigoris. Sed codicum non temere licet spernere auctoritatem non aut prope non variantium. Herm. vulgatam sic interpretatur „non inest, non censetur in loco aliquo et numero.“ Sed illud „aliquo“ non scriptum esse ab Aeschlylo recte monet Enger. Adde quod dicitur *εἶναι ἐν χώρᾳ, ἐν ἀρίθμῳ, ἐν λόγῳ τινί*, non dicitur *ἐνεῖναι χώρᾳ* etc. ut significetur „in numero vel loco aliquo esse“, non magis quam Latini „inesse numero“ usurpant pro „esse in numero. Ut dicam quod sentio, maxime mihi arridet Blomf. interpretatio „in suo loco non inest“ quamquam locus, quem landat Callim. h. Del. 192 nihil ad rem facit, *νήσοσ ἀραιή πλαζομένη πελάγεσσιν πόδες δὲ οἱ οὐκ ἐνι χώρᾳ*, h. e. insulae in mari errantis pedes non agunt in terram radices. Sed trita est formala *ἐν χώρᾳ* de iis quae suo loco stant. Cf. Hom. II ψ' 349 *ἄψ ἐνι χώρῃ ἔζετ'* in suo loco resedit. Od π' 352 *στρεφθεῖσ ἐκ χώρησ* conversus ex suo loco. Quod Hermannus fieri non posse contendit ut sic interpretemur, quia omnis vis in *ἐνι* verbo insit, non tanti mihi videtur esse momenti ut illud ferri non possit. „Mars non inest in suo loco“ i. e. locus, ubi Mars habitare solet adest quidem, sed nondum ille ibi habitat. — Unus cod. Bess. habet *οὐκ ἐνι χώρᾳ*, quem Boissonadus alii secuti sunt; sed *ἐνι* forma épica tragici in melicis tantum usi esse dicuntur ab Herm. ad h. l. Equidem hanc legem rescindere non valeo, quamquam *ἐν* forma, de qua idem confirmatur, in senariis obviam est. Cf. Lob. ad Soph. Aj. 613. Tota haec infantiae cum senio comparatio paullo quidem verbosior, ita eleganter et artificiose adornata est ut singula singulis accuratissime respondeant membra. *Παράλληλα* at ita dicam, sunt:

νεαρός μινερός — τὸ ὕπεργ ἤρων  
 στέρνων ἐντός ἀνάσσειν — φυλλάδος ἤδη κατακαρφομένης usque ad στείχει,  
 ἰσόπρεσβος — παιδὸς δ' οὐδὲν ἀρείων,  
 Ἄρης δ' οὐκ ἐν χώρᾳ — ὄναρ ἡμερόφαντον ἀλαίει.

V. 87. *Θυοσκιεῖς*. Quia verbum aliunde non innotuit utque numerus decem anapaestorum systematum consummetur, alii aliud substituerunt, Blomf. ex Hesychio *Θυοσκιεῖς*, cum Turnebo, quod compositum esse opinatur ex *θύος* et *κῆω* i. e. *καίω*. Non quadrare videtur in sententiam. Suffimenta enim priusquam incenduntur per aras distribuantur necesse est. Chorus Clytaemnestram ex foribus regis egressam, sacra praeparantem, ab ara ad aram pergentem oratione sua prosequitur. „Quid novi audisti, cui nuntio confisa circacircum suffimenta dispertis? En omnes arae relucent, flamma post flammam illucescit.“ Hanc rerum rationem perverteret *Θυοσκιεῖς*. — Hesychium evolventi, qui s. v. *κῆω* glossam habet *σκέψαι*, in mentem mihi venit *Θυοσκιεῖς* sensu „sacra inspicias“ defendere. Sed vereor ne hoc verbum, ut *Θυοσκόος* proprium sit ejus qui haruspiciam publice susceperit. Cf. Od. 21, 145. 22, 318. Engerus cum Dindorfio correxit *Θυοσκιεῖς* propter Hes. glossam *Θυοσκιεῖς*: *Θεοῖς τιμῆς*. Sed quid, quaeso, *Θυοσκιεῖς*?

V. 90. *τῶν ἑ οὐρανίων τῶν ἑ ἀγοραίων*. Interpretum alii totum versum ejiciendum censuerunt, alii in uno *οὐρανίων* verbo offenderunt. Ut hi dii non sint diversi ab *ὑπάτοις*, ratio quae utrisque intercedit cum hominibus est diversa. *Οὐράνιοι* omnium sunt datores malorum et bonorum, quae ex aethere seu coelo descendunt, ii sunt qui agrorum fecunditati prospiciant, tempestates mittant et sedent. Egregie hanc inter terram coelumque rationem ad conjugii similitudinem depinxit Aesch. fragm. Dan. 45:

ἔργ᾽ μὲν ἀγνὸς οὐρανὸς τροῶσαι χθόνα,  
 ἔργος δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμον τυχεῖν,  
 ὄμβρος δ' ἀπ' εὐνάεντος οὐρανοῦ πεσὼν  
 ἔκυσσε γαῖαν ἢ δὲ τίκεται βροτοῖς  
 μήλων τε βοσκῆς καὶ βίον Δημήτριον.

Hos igitur deos a Clytaemnestra ideo sacris coli consentaneum est ut post Trojam expugnatam saluum per mare reducant Agamemnona.

V. 93. *λαμπὰς ἀνίσχει*. Soph. Oed. Tyr. 172 *οὔτε τόκοισιν ἡττον καμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες* non recte interpretari videntur Herm. et Wund. „neque pariunt mulieres sed steriles manent.“ Hoc praeter naturam. Recte schol. *τὸ δὲ ἀνέχουσι, ἦτοι ἐλευθεροῦνται καὶ ἄνω ἔχουσι ταυτάς, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἄνω νεόντων μόγις ἐν τῷ νήχεσθαι*. Sermo est de mulieribus gravidis quae ex doloribus non emergant sed moriuntur. Hoc fortius etiam, quam quod v. 26 *πόλις φθίνουσα — τόκοισί τε ἀγνόις γυναικῶν* fetus non vitales enixas esse mulieres.

V. 97.  
*τούτων λέξασ' ὅ τι καὶ δυνατὸν  
 καὶ θέμις αἰνεῖν,  
 παίων τε γενοῦ τῆσδε μεριμνῆς*

*λέξας* vulgo. Herm. constructionem Homeri exemplo (Il γ' 274 *ὡς φαιμένη, καὶ κερδοσίγη ἡγήσασ' Ἀθήνη*) defendere conatus est, alii in ea haesitarunt. Hartung. *λέξας*, Naegelsl. *τι* pro *τε* conjecit. Res difficilis est ad dijudicandum et propter paucitatem exemplorum et propter emendandi facilitatem. Duo praeterea apud Aeschylum exempla exstant, libris non variantibus, alterum Choeph. 550 *ὡς ἂν δόλω κτείναντες ἄνδρα τίμιον δόλω τε καὶ ληφθῶσιν ἐν ταύτῳ βρόχῳ θανόντες* quod facile ad normam gramm. restitui potest ita ut *ληφθῶσιν* et *θανόντες* verba sedes suas permittent; alterum Choeph. 850 *ἢ πῶρ καὶ φῶς ἐπ' ἐλευθερίᾳ δαίων ἀρχᾶς τε πολισσονόμους ἔξει*, a Porsono emendatum.

V. 103. Ex lectionum quam praebent codd. farragine paroemiacus multis modis concinnari potest. Sed quis in tantis codd. turbis poetae verba se restituisse contendat nedum

argumentis convincat? Compositum aliquod vocabulum quod novitate librariorum deceperit, ab iis in partes suas diremptum fuisse veri simile videtur. Itaque probo id quod Herm. placuit τῆς θυμοβόρου φρενολόπτῃς, quamquam accusativum qui in omnibus codd. est, malim τὴν θυμοβόρου φρενολόπτῃν, appositum ad φροντίδα. Aeschylus haud raro notiones logice subordinatas coordinat. Choeph. 825 sq. νέαν φάτιν δὲ πείθομαι λέγειν τινὰς ξενὸς μολόντας — μόρον δ' Ὀρέστον.

V. 104 sqq.

κείνός εἰμι θεοῖν ὄδιον κράτος αἴσιον ἀνδρῶν  
ἐκτελέων ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνέει  
Πειθῶ μολπᾶν  
ἀλλὰν σύμφυτος αἰών.

Sic libri. Ἐκτελέων ad unum fere omnes in ἐντελέων mutarunt. Clytaemnestra quum choro non responderit hic suspensus inter spem et metum relictus ut animum suum sollicitudine afflictum ipse excitet et confirmet augurii cujusdam quo faustus belli eventus portentus est, memoriam recolit. Quae si ex re sunt disputata, levis verbi ἐκτελέων in ἐντελέων mutatio excusationem habebit: „potis sum omen illud quod faustum virorum iter portendit, ratum fore canere.“ Sensum intransit, verbo ἐκτελέω tribuere non audacius videtur, quum τελέω sexcenties hoc significato obviam sit. De reliquis quot interpretum capita tot fere sententiae. Equidem tale quid ab Aesch. scriptum fuisse suspicor: ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνέει πειθῶ μολπᾶν, ἀλλὰν σύμφυτον αἰών et q. s. „adhuc enim divinitus mihi adspirat fiducia cantum, robor conjunctum vel proprium meae aetati.“ Senum non est res gerere — supra v. 72 sqq. se ob virium imbecillitatem a belli societate relictos esse conquesti sunt —, res canere est. Elisis literae jota tragicis sit concessa necne grammatici certant et adhuc sub iudice lis est. Cf. Lobeck. ad Soph. Aj. v. 802. — Naegelsb. qui vulgatam tuetur suasore chorus hoc dicit: „adhuc enim seni mihi divinus instinctus inspirat cantum, fortem autem animum (ἀλλὰν), ut animi sensa ne regina quidem praesente, expromere verecunder, ὁ σύμφυτός μοι inspirat αἰών. Nimirum senectus metum demit mortalibus.“ Sed ut alia taceam, v. 240 reginam senum cantui non interfuisse manifesto demonstrat. Aliorum commenta ab Engero fusius sunt enarrata et examinata.

V. 112. ἀργίας Gu. Ald. ἀργίας certi, synizesi bisyllabum fieri voluerunt Stanlej. Well. alii. Quibus exemplis Herm. el. d. m. p. 52 synizesin ab Atticis admitti confirmavit, ea in editione omnia reconcinnavit. De forma ipsa ἀργίας non dubitandum. Cf. Aesch. Suppl. 530 κωματίας. Ἀργῆς Blomf. Herm. Dind. gen. ἀργάντες, forma dorica contracta ex ἀργήεις. quae si recte Aeschulo restituitur, nescio an διαφθνδᾶν Choeph. 59, quod in omnibus codd. scriptum est, defendi possit, a nominativo διαφθνδῆεις; τίνας φόνος πέπηγεν οὐ διαφθνδᾶν caedes ultrix pacta est non dilabidum, diffluum. Hujusmodi formae apud Pindarum non infrequentes, Ol. 2, 152 φωνᾶντα, Isthm. 4, 112 κμισᾶντα, Pyth. 2, 19 αἰγλᾶντα, Ol. 9, 110 ἀλκᾶντα, 13, 99 ἀργᾶντα. Apud Aeschylum autem, dubio illo loco excepto, forma ἀργῆς omni caret analogia. Legitur Choeph. 382 πενκῆενί, ubi πενκᾶενί Herm. scriptum fuisse suspicatur, Pers. 136 ἀχιμᾶντα. (Soph. Aj. 1217 ἰλάεν). Omnino contractionem talibus in formis Aesch. neglexisse videtur, Prom. 407 σιονόεν, Perss. 1202 σιονόεσσα, Prom. 283 οἰριοέσση, Sept. 282 οἰριοέσσαν. Suppl. 541 πτερόεντος. Nostro igitur loco fortasse legendum est ἀργάεις ab histrione bisyllabe pronuntiatum. Patrociniatur huic formae cod. Gu, in quo transpositis literis α et ει invenitur ἀργείας.

V. 117.

κεδνός δὲ στρατόμαντις ἰδὼν δύο λήμασι δισσοῖς  
Ἀτρεΐδας μαχίμους ἐδάη λαγοδαίτας

Quod Hermanno placuit δύο λήματα, δισσοῖς Ἀτρεΐδας ferri nequit; λῆμα personae periphrasi inseruit, sed ita ut aut nomen personae addatur aut adjectivum. Cf. Pind. Pyth. 3, 42 λῆμα Κορωνίδος. Soph. Oed. Col. v. 96 ὃ λῆμ' ἀναιδές, quae lex nunquam neque in hoc nec in similibus nominibus violata est. Δισσοῖς qui genuinum esse censent, interpretantur „diversos.“ Et sane poeta aquilis bicoloribus diversitatem aliquam Atridarum adsignificasse videtur. At vero δισσοῖς nou „diversus“ significat sed

„duo.“ Fieri utique potest ut id quod diversum sit duo numerali designetur, ut *δισσὰ λήματα* respondeat nostro „zwei Sinne, zwei Willen“, sed aliud est *δισσὰ λήματα* aliud *δισσοὶ λήμασιν*. Lobeckii emendatio ad Soph. Aj. v. 151 redolet quidem dictionem Aeschyleam sed difficile est cognitu qui vulgata ex *πιστοῖς* in *δισσοῖς* detorta sit. Equidem conjeceram *λήμασι δίσσοις* s. *δίσσοις* animis hostilibus scil. adversus Trojanos, sed postquam Dindorf. elegantem et multo praestabiliorem cognovi conjecturam *λήμασιν ἴσοις*, meae facile renuntio. Operae pretium est quaerere quid de causa irae Dianae Aeschylus senserit, quum interpretum nemo poetae sententiam explanasse mihi videatur. Sed non est obscura. Atridis expeditionem adversus Trojam parantibus duae a dextra appa- ruerunt aquilae leporem gravidam depascentes. Aquilis designari duces Calchas intelligit, lepore Trojam patet. Ergo augurio portenditur fore aliquando ut Troja ab Atridis expugnetur. Eate- nus prodigium faustum. Sed vereor, inquit Calchas ne mala ante divinitus profligent exercitum. Unde veretur? Leporibus omnibusque feris favet Diana. Inde Atridas invita Artemide Trojanis bellum inferre colligit vates atque magnam aliquam calamitatem a dea irata imminere. Denique qualis futura sit haec calamitas tectius significat Calchas. Haec omnia bene concinunt cum ver- bis poetae. Obscura visa sunt interpretibus quum augurio illo leporem ab Agamemnone interfec- tum, aut quum hoc esse signum irae divinae non causam, recte intellegerent, cervam istam Dianae sacram a rege percussam significari obstinate sint opinati. Quam quum frustra apud Aeschylum fabulam circumspicerent, obscurissime poetam locutum esse uno ore conquesti sunt. Irae igitur causam ex Aeschylō non aliam colligere liceat quam bellum adversus Trojam ab Atri- dis susceptum. Irata dea est non solum Agamemnoni sed etiam Menelao. Quid vero ad hunc cervam illa interfecta? Sophocles iram ex cervam ducit, Euripid. Iph. Taur. v. 18 sqq. ex voto Agamemnonis se id sacrificaturum esse Dianae, quod gratissimum sibi tulerit annus. Pind. Pyth. 11 de causa tacet, sacrificium tangit. Apparet quam prudenter irae causam ex cervam ducere aspernatus sit Aeschylus. De magnitudine enim et gravitate tragoediae mirum quantum detractum fuisset.

V. 124. *κίρη πρόσθετὰ δημοπληθέα Μοῖρα λαπάξει*

Klausen. *πρόσθε τὰ δημ.* pro *τὰ πρόσθε δημ.* dici posse negat. Conjungit igitur *πύργων πρόσθε* „ex turribus scil. erepta“, quod nemini probavit. Quos locos laudat ad demonstrandum articulum anteponi, in iis ne potuit quidem postponi quin sententiae ambiguitas admitteretur. Suppl. 50 *τῶν πρόσθε πόνων μνασαμένα* „pristinorum laborum recordata“; sed *πρόσθε τῶν πόνων μνασ.* facile quis verterit „priori tempore recordata laborum.“ Herm., qui Pauwii conj. *πρόσθετα* recepit ita ad h. l. disputat „dici quidem potest *πρ. τὰ δημ.* pro *τὰ πρ. δημ.* Sed sententia frigida est, quia *πύργων κίρη* si antea dicuntur populi Trojani fuisse, tam nihil id ad indicandam opulenti- am confert, ea ut minui potius videatur.“ Mihi quidem *πρόσθε τὰ* genuinum esse persuasum est. Nihil sane ad opulentiam, sed ad prosperum belli eventum declarandum apte dicitur: „om- nes turrium opes, antea Trojanorum fatali vi Atridarum futuras esse.“

V. 137. *δεξιὰ μὲν, κατάμορφα δὲ φάσματα στρουθῶν.*

*φάσματα στρουθῶν* Med. Gu. Bess. et editt. *φάσματα τῶν στρουθῶν* Flor. Farn. Locum extricare interpretes multis modis tentarunt, sed qui eum sanarit nondum exstitisse certum mihi est. Porsonus deleri vult *στρουθῶν* ex II β' 311 interpolatum. Blomf. delevit. Franz. expunxit qui- dem sed ut versui justa catalexis non deesset emendavit *φάσματ' ἀγίων*, scholiastam secutus qui *στρουθῶν* interpretatur *τῶν ἀγίων*. Hoc non verum. Nam quod Eustath. ad II β' 300 docet, *στρουθῶν* etiam *γενικῶς* dici Herm. alienum id esse recte judicavit; *στρουθῶν* non adjecto alio nomine est *εἰδική λέξις*; h. l. certe vel si *γενικῶς* diceretur, aquilas sic non nominasset, quum ex Homericō illo portento significatio „passerum“ omnibus esset celebrata. Herm. loci difficul- tatem ita expediri censet ut *φάσματι τῶν στρουθῶν* emendetur „prodigia fausta quidem sed non libera a reprehensione si comparas cum passerum illo ostento.“ Haec comparatio tribus qua-



torve verbis assuta nescio quid habet invenusti. Etenim non si comparas in reprehensionem incurrunt, sed quia leporem Dianae delicias devorarunt aquilae. Difficile intellectu est qui *στρονθῶν*, si non scriptum fuit a poeta, in codices irrepserit. Fortasse sic fere passerum prodigium Aesch. tetigerat „quamquam tantopere favet dea omnibus ferarum catulis, tamen passerum illud portentum (omnibus scil. notum) non vult irritum fieri hoc aquilarum prodigio non ita fausto ut non aliquid mali verendum sit.“ Sed ut huic sententiae verba congrua reddantur, gravioribus vulneribus textum esse foedatum statuendum est quam quae sine libris sanari possint. Sine ulla igitur dubitatione confirmaverim *στρονθῶν* nomine aliud aliquod ex sede sua expulsum esse, *ἀνάκτων* fortasse, *φάσματ' ἀνάκτων* „prodigia ad principes pertinentia.“

V. 141. *θυσίαν . . . νεκῶν τέκτονα σύμφυτον.*

Blomf. et Well. ita interpretantur „sacrificium quod efficit jurgia inter cognatos“ (Agam scil. et Clytaemnestram). *Σύμφυτος* non significat „cognatus“, et si significaret non recte illi sic appellerentur. Equidem verito „sacrificium quod rixas procreat cum eo simul natas“, ut idem signif. quod v. 107 utque una cum *οὐ δεισιγόρα* per hypallagen ad *νεκ.* additum sit; *νεκ. συμφ.* idem fere est ac. *ἀντοτέκτονα.*

V. 185. *Ἀργείων* codd. et libri. Spondeus pro jambo offendit, nam jambi ejusmodi in ordinibus  $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  puri solent servari et servati sunt in versibus praecedentibus. Tamen excusari potest ut in fine ordinis. Multo vero minus spondeus ferri potest, si trochaicus ordo constituitur hic  $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$ . Nam corripuisse Aeschylum mediam vocis *Ἀργείων*, ut volunt Klaus. et Franz. vix credibile est quum unum quod afferunt exemplum *ἐγείας* huj. fab. v. 968 in versu paeonico ipsum non careat dubitatione. Herm. scripsit *Ἀργούς*, metrum quidem satis usitatum restituens sed haud sine violenta versus antistrophici mutatione, ubi in libris est *ἑείθροισ πατρώους χέρας βομοῦ πέλας*. Sunt in his quae gravioris corruptelae suspicionem moveant, bisyllaba anacrusis quae monosyllabae versus strophici respondeat, et spondeus medio in ordine jambico triplici. Hoc tulerunt viri docti praeter Blomf. qui verborum ordine prorsus insolito *πέλας βομοῦ* scripsit, illud non, forma contracta apud tragicos perrara *ἑείθροισ* substituta ex conjectura Trielinii in Farn. et Porsoni. Herm. emendavit *πέλας πατρώους χέρας ἑείθροισ*. *Βομοῦ* non habet speciem interpolationis. Cf. Euripid. Iph. Aul. v. 1477 *καὶ πατὴρ ἐμὸς ἐνδεξιούσθω βομόν.*

Vulgata si sana est, praestat versum jambicum quem vocant ischiorrhogicum constituere hoc numero:

$\text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  *χέρας βομοῦ πέλας* et in strophico versu (*κατέξαιν*) — *ον ἄνθος Ἀργείων*, cui ut antistrophico congruus fiat, anacrusis bisyllaba restituenda est, sic fortasse

*τιθεῖσαι*

*ἔπι τρίβῳ κατέξαινον ἄνθος Ἀργείων.*

*ἔπι* pro *ἐπι* facile oculos librariorum fugere potuit. Fractus numeri incessus a re non alienus videtur.

Quae inde a. v. 171 ad v. 192 narrantur, longa adornata sunt sententiarum continuatione, non justa periodo comprehensarum sed laxiore vinculo adnexarum. Revera duae discerni possunt sententiae primariae, altera: „quum tempestates Aulide detinerent naves, Agamemno patienter tulit ingruentia mala“, altera: „quum vero remedium calamitate atrocius vates pronuntiaret, animi tristitiam non diutius cohibuit, has fundens querelas e. q. s.“ Quae v. 171 coepta erant dici post tot sententias interpositas v. 192 necessario repetuntur. Non igitur satis accurate apodosin sequi v. 192 interpretes nonnulli statuunt. Blomf. cui pro *ψέγων* placet scribere *ψέγειν*, sententiarum rationem non perspexit. Quaesitum videtur hoc inconditum dicendi genus a poeta ut in rei narratione atrocissimae.

Quae sequuntur verba, iis egregie Agamemnonis animus depingitur sensim sensimque

ad atrox filiae immolandae facinus suscipiendum delabens. „Grave quidem est, inquit, non obedire, sed grave etiam, caede filiae domus deliciarum manus patris polluere.“ Ita qui loquitur filiae immolationem is abominari videtur. Sed paulisper modo videtur. Quod altius inhaeret animo gloriae studium, in id continuo mente relabitur Agamemno. Pergit enim „qui navibus destituatur, qui societate?“ Sequuntur.

## V. 201. sqq.

πανσανέμον γὰρ θυσίας  
παρθενίου Φάματος ὄρ-  
γῆ περιοργῶς ἐπιθυ-  
μεῖν θέμις. εἰ γὰρ εἴη.

Herm. ὄργῃ nihil aliud esse ratus quam errorem librarii ad sequens vocabulum *περιοργῶς* aberrantis cum Farnes. scripsit *αἰδῆ* „vates dicit fas esse avide expetere ventos pacans sacrificium virgineumque sanguinem.“ Ad sententiam non satis apta videntur, nam non ideo timet Agamemno ne classe destituatur quod vates fas esse expetere principes dicit sacrificium, sed quod illud ipsi principes flagitant. Interpretum alii vertunt „fas est expostulare avidissime.“ Quum vero subjectum *ἐπιθυμεῖν* infinitivi jure requiratur, Bamberg. conjecit ὄργῃ *περιόργω σφ' ἐπιθυμεῖν*, scil. *ξυμμάχους*. Fas quidem est sociis expetere, sed non assequor quid sit quod maxime iratos eos expetere fas sit. Equidem ὄργῃ pro verbo habeo. „Qui societate destituatur? Nam *ξυμμαχία* virginis immolationem avidissime expetit.“ *ἐπιθυμεῖν θέμις* verba vix liceat censere Agamemnonis esse jure principes ὄργῃν annuentis. Etenim et *ἀσυνδέτως* sunt adjuncta et quum hi versus numeri perpetuitate sint conjuncti, audacius videatur, sententiae continuationem laxare. *ἐπιθυμεῖν* tragicis non usitatum corruptum videtur. Conjicio *ἐπὶ τ' αἰνεῖ θέμις* „et insuper fas comprobatur“ scil. sacrificium.

Verba *εἰ γὰρ εἴη* Naegelsb. vertit „denn alles könnte gut werden.“ Sed quum linguae ratio postulat *εἰ γὰρ ἂν εἴη*, tum non fas est quod res fore ut prospere succedant sperandum sit, sed quia Artemidis numen sacrificium imperat. Conjicio *εἰ γὰρ εἴη* „utinam igitur bene quidem eveniat“, aut si fieri non potest ut *γέ* et *ἄρα* vocularum conjunctio probetur, *εἰροοίη* eodem intellectu „utinam prospere succedat

## V. 319. sq.

ἐν δ' αἰχμαλώτοις Τρωϊκοῖς οἰκίμασιν  
ναῖουσιν ἦδη, τῶν ἐπαιθρίων πάγων  
δρόσων τ' ἀπαλλαγέντες, ὡς δυσδαίμονες  
ἀφύλακτον εὐδῆσουσι πάσαν εὐφρ' ἦν.

*ὡς δυσδαίμονες* libri, procul dubio vitiose. Ingeniosa est Schützii conjectura δ' pro τ' particula interserentis; *δυσδαίμονες* vero non sunt *πρωχοί* quibus nihil est quod custodiant. Quod Voss. et Stanlej. conjecerunt *ὡς δευδαίμονες* sententiae rationem aliquantum videtur pervertere. Etenim fieri non potest ut Clytaemnestra, quum modo de rerum graecarum statu in melius converso coeptum sit dici ita pergat *ὡς δευδαίμονες* e. q. s. Conjicio *δις δευδαίμονες*.

## V. 354. sqq.

ἔπραξεν ὡς ἔκρανεν οὐκ ἔρα τις  
θεὸς βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν  
δοῖς ἀθίκτων χάρις  
πατοῖθ' ὁ δ' οὐκ εἶσεβης.  
πέφανται δ' ἐγγόνους  
ἀτολήτων ἄρη  
πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως,  
φλεόντων δωμάτων ἐπέρφεν  
ἔπερ τὸ βέλτιστον.

Interpres suo jure offenderunt in *ἐγγόνους* quod neque ad Trojanorum posteros nec omnino ad prosteros referri potest. Tota enim hac fabula etiam atque etiam monemur atque docemur,

ipsos improbas, non eorum nepotes, τῷ πάθει μαθεῖν. Conjicio ἐν δόμοις. Deinde ἄρη πνεόντων pro suspecto habuerunt, quod inepte hoc dictum esset de Trojanis. Quid igitur? Si non in Trojanos at in Agamemnona optime quadrat. Senes, qui numquam non gravem aliquam calamitatem imminere anxie persentiscunt, postquam Iovis plagam prostravisse Trojam Helenaque raptorem non dissimularunt, hoc quasi in prodigium accipiunt idem manere Agamemnonem. „Negaverit aliquis inquit, qui humana atque divina jura laeserint, eorum deos esse curiosos.“ — Nimirum quia Agam., quamvis filiam immolare sustinuerit, in summo fortunae fastigio collocatus est. — Sed hic non est pio animo. Ultiores rerum nefastarum esse deos tum apparet in domibus eorum qui intolerabiliter Martem spirant supra jus fasque — Agam. ne filiae quidem immolatione ab Artemide postulata a bello deterritus est — quum domus nimis luxuriant rebus secundis“ — quum Ag. victor redit in patriam. —

V. 769.

Θράσος ἐκούσιον  
ἀνδράσι θνήσκουσι κομίζων.

Canteri conjectura ἀκούσιον recepta plerique locum sic sunt interpretati „animis fortitudinem involuntariam addens.“ Sed recte vetat Herm. „aliud κομίζειν est, quod significat apportare vel adducere ad aliquem ita ut quod affertur vel adducitur prope illum statuatur, aliud φέρειν, quod latius patet atque sic dicitur ut res allata etiam inseri ei ad quem affertur significari possit.“ Ipse explicat „vehens (ad Trojam) spontaneam audaciam mori volentibus viris.“ Sed de exercitu ad Trojam vecto sermo est v. 765. Equidem cum Farn. Θάρσος ἐκούσιον receptum velim et pro κομίζων scriptum κομίζων. „Quum propter Helenam bellum parares, valde mihi stolidus videbaris, nec mentis gubernaculo probe usus quum putares viris morientibus audaciam esse voluntariam“, i. e. viros sanguinem profundere voluntarie.

V. 799 sqq.

φίλον τὸν εὐτυχοῦντι ἄνευ φθόρου σέβειν.  
δύσφρων γὰρ ἰὸς καρδίαν προσήμενος  
ἄχθος διπλοῖζει τῷ πεπαμένῳ νόσον e. q. s.

Enger. φθόρου corruptum esse censet propter sententiae perversitatem „amicum fortunatum pauci sine invidia colunt, nam invidia efficit, ut duplici malo laborent.“ Credibile sane quidem non est, Aeschylum talia esse halucinatum. Sed fortasse perversitas non tam in verbis Aesch. quam in eorum interpretatione inest. Ut φθόρος et δύσφρων ἰὸς idem significare possint, hoc loco non significant, sed φθόρος „invidia“, δύσφρ. ἰὸς „tristitiae virus.“ Cf. Ag. v. 525, Pindari τὰ δύσφρονα. Tristitia qui afficitur amici fortuna non protinus is alterius invidet fortunae. Alterum habet aliquid excusationis, alterum nihil, est vitium. „Difficile est cautu, ne invidia animum intret. Nam tristitia adrepat ad cor et duplicat onus ejus qui ex malo aliquo laborat ut et sua calamitate prematur et alterius rebus secundis invidens ingemiscat.“ Tamen non is sum qui φθόρου scriptum fuisse pertinacius opiner praesertim quum quae a me sunt disputata ut aliis probentur vereor quippe quae ne mihi quidem valde placeant. Suspicio ἀνευλίπης ad quod φθόρου, vel ἀπεν θήτους ad quod ἄνευ φθ. ascriptum post in libros irrepsisse videtur. „paucorum est, amicum fortunatum sine luctu colere. Nam invidiae virus e. q. s.“

V. 900.

ἤξω θεοῖς δείσας ἂν ᾧδ' ἔρδειν τάδε;

Verba corrupta esse vix dubium esse potest. Etenim vel si cum Blomf. signum interrogationis deletur, propter perversam collocationem verborum non licet vertere „novisses haec ita facere, si aliquid metuisses.“ Cf. Herm. ad h. l. Praeterea φῖδ' aut τάδε displicent; alterutrum enim superest. Conjicio ἂν ᾧδον „in itinere.“ ἔρδειν τάδε non modo de incedendo per vestes purpureas accipiendum est sed omnino ad splendidam et magnificam adventus celebrationem referendum, ut nihil sit cur Enger. in his verbis offendant.

V. 1283 sqq.

ἤλιψ δ' ἐπείχομαι  
πρὸς ἕστατον φῶς τοῖς ἐμοῖς τιμαύροις

ἐχθροῖς φρονέει τοῖς ἑμοῖς τίνειν ὄμοῦ,  
δοῦλης θανούσης εὐμαροῦς χειρώματος.

Sic. libri. Quod Herm. disputat „ὄμοῦ vix aliter potest accipi, quam ut simul cum caede Agamemnonis etiam Cassandrae illi interfectionem luant. At id, si propter Agamemnonem puniuntur, sponte consequetur: ut ineptum sit Cassandram rursus se convertere ad chorum et, quasi magnum quid et memorabile dictura esset, proferre quod dici non erat operae pretium“, non ab omni parte verum est, immo explicari potest ὄμοῦ de Aegistho et Clytaemnestra una interficiendis. Quidquid autem statuitur, sententia languescit. Idem pro τοῖς ἐμ. τιμ. scripsit βασιλέως τιμαόρους, quod qui Agamemnonem vindicatum venturi essent, non suos ultores recte diceret Cassandra. Redarguitur versibus 1238. sqq. οὐ μὴν ἄτιμοι γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν. ἤξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμαόρος, μητροκτόνον φίνεμα, ποινάτωρ πατρός. Quod praeterea ut Cassandra jam introitura majus aliquid et memorabile dicat, versum talem fere excidisse censet Ἰσας δίνας φανέντας ἀσκέοις ὄμοῦ, quum violentius in poctam consultum tum vero neque majus quidquam neque memorabile dictum mihi videtur..

Schöm. viam quam Blomf. jam commonstravit ingressus sedes v. v. 1284 et 85 permittit, et pro ὄμοῦ cum Aurato ὁμά, epicis tantum usitatum scripsit. — Majus profecto aliquid et gravius Cassandram jam jamque moribundam dixisse consentaneum est. Conjicio ἐχθροῖς φρονέει καὶ γόνους τίνειν ὄμοῦ „precor ut ultoribus meis inimici occisoribus iisdemque natis luant pro servae facili caede.“ τοῖς ἑμοῖς bis positum librarii errore videtur ad alterum versum oculis aberrantis.

V. 1573 sq.

τρίτον γὰρ ὄντα μ' ἐπὶ δέξ' ἀθλίῳ πατρὶ  
συνεξελάινει τυτθὸν ὄντ' ἐν σπαργάνοις.

ἐπὶ δέξ' suspicionem corruptelae excitat, quum alias tres tantum Thyestis filii ab Aesch. commemorantur. Quibus viri docti modis locum emendare conati sint, vid. apud Enger. ad h. l. Conjicio ἐπὶ δίξ' vel quum elisio diphthongi tragicis non concessa esse dicatur, ἐπὶ δίνα, quocum ἀθλίῳ per crasin coalescit, „tertium enim me qui poenam s. vindictam exigam, exterminat.“ De crasi tragicis admissa cf. Herm. ad Eurip. Iph. Taur. v. 667. et Aesch. Prom. v. 836.